

## 2<sup>nd</sup> Sunday of Advent

*Station at the Church of the Holy Cross in Jerusalem*

*Purple*

*1 Cl. (Semiduplex)*

INTROIT: *Is. 30:30*

Populus Sion, ecce Dominus veniet ad salvandas gentes : et auditam faciet Dominus gloriam vocis suæ, in lætitia cordis vestri. *Ps. 79:2: Qui regis Israel, intende : qui deducis velut ovem Joseph. V. Gloria.*

*People of Sion, behold, the Lord shall come to save the nations; and the Lord shall make the glory of his voice to be heard in the joy of your heart. Ps. 79:2: Give ear, O thou that rulest Israel : that thou leadest Joseph like a sheep. V. Gloria.*

COLLECT

Excita, Domine, corda nostro ad præparandas Unigeniti tui vias : ut per ejus adventum, purificatis tibi mentibus servire mereamur. Qui tecum vivit et regnat.

*Stir up our hearts, O Lord, to make ready the ways of thine only-begotten Son : that through his coming we may be worthy to serve thee with purified minds. Who liveth and reigneth with thee.*

EPISTLE: *Rom. 15:4-13*

Lectio Epistolæ beati Pauli Apostoli ad Romanos.

Fratres : Quæcumque scripta sunt, ad nostram doctrinam scripta sunt : ut per patientiam, et consolationem Scripturarum, spem habeamus. Deus autem patientiæ, et solatii, det vobis id ipsum sapere in alterutrum secundum Jesum Christum : ut unanimes, uno ore honorificetis Deum et Patrem Domini nostri Jesu Christi. Propter quod suscipite invicem, sicut et Christus suscepit vos in honorem Dei. Dico enim Christum Jesum ministrum fuisse circumcisionis propter veritatem Dei, ad confirmandas promissiones patrum : gentes autem super misericordia honorare Deum, sicut scriptum est : Propterea confitebor tibi in gentibus, Domine, et nomini tuo cantabo. Et iterum dicit : Lætamini gentes cum plebe ejus. Et iterum : Laudate omnes gentes Dominum : et magnificate eum omnes populi. Et rursus Isaias ait : Erit radix Jesse, et qui exsurget regere gentes, in eum gentes sperabunt. Deus autem spei repleat vos omni gaudio et pace in credendo : ut abundetis in spe, et virtute Spiritus Sancti.

*A lesson from the Epistle of St Paul the Apostle to the Romans.*

*Brethren: What things soever were written, were written for our learning, that, through patience and the comfort of the Scriptures, we might have hope. Now the God of patience and of comfort grant you to be of one mind one towards another, according to Jesus Christ; that with one mind, and with one mouth, you may glorify God and the Father of our Lord Jesus Christ. Wherefore receive one another, as Christ also hath received you into the honour of God. For I say that Christ Jesus was minister of the circumcision for the truth of God, to confirm the promises made unto the fathers. But that the Gentiles are to glorify God for his mercy, as it is written: Therefore will I confess to thee, O Lord, among the Gentiles, and will sing to thy name. And again he saith: Rejoice, ye Gentiles, with his people. And again: Praise the Lord, all ye Gentiles; and magnify him, all ye people. And again, Isaias saith: There shall be a root of Jesse; and he that shall rise up to rule the Gentiles, in him the Gentiles shall hope. Now the God of hope fill you with all joy and peace in believing; that you may abound in hope, and in the power of the Holy Ghost.*

GRADUAL: Ps. 49:2, 3, 5

Ex Sion species decoris ejus : Deus manifeste  
veniet. ¶ Congregate illi sanctos ejus, qui  
ordinaverunt testamentum ejus super sacrificia.

*Out of Sion the loveliness of his beauty : God shall  
come manifestly. ¶ Gather ye together his saints to  
him : who have set his covenant before sacrifices.*

ALLELUIA: Ps. 121:1

Lætatus sum in his quæ dicta sunt mihi : in  
domum Domini ibimus.

*I rejoiced at the things that were said to me : we shall  
go into the house of the Lord.*

*ad libitum:* SEQUENCE

Regnantem sempiterna per sæcla susceptura  
contio devota concrepa,  
Divino sono Factori reddendo debita.

*May the pious assembly sound together, that shall  
receive him who reigneth through the ages,  
In order to repay the dues to the creator with divine  
sound.*

Cui jubilent agmina cælica, ejus vultu  
exhilarata,  
Quem expectant omnia terrea ejus nutu  
examinanda :

*Whom praise the heavenly hosts, made joyful by his  
face.  
Whom everything on earth is awaiting, to be judged  
by his nods,*

Districtum ad judicia,  
Clementem in potentia.

*Strict in judgement,  
Meek in power.*

Tua nos salva, Christe, clementia propter quos  
passus es dira.  
Ad poli astra subleva nitida qui sorde tergis  
sæcula.

*Through thy meekness save us, O Christ, for whose  
sake thou sufferedst terribly.  
Lift up to the stars of heavens our world, shining,  
which thou cleansest from stain.*

Influat salus vera effugans pericula.  
Omnia ut sint munda tribue pacifica.

*May salvation flow in and chase away perils,  
Grant that everything may be pure and peaceful.*

Ut hic tua salvi misericordia,  
Læti regna post adæamus supera,

*That we, here safe through thy mercy, may afterwards  
dwell joyfully in the sublime kingdom,*

Quo regnas sæcula per infinita.

*Which thou governest through immeasurable times.*

GOSPEL: Mt. 11:2-10

Sequentia sancti Evangelii secundum  
Matthæum.

*Continuation of the holy Gospel according to  
St Matthew.*

In illo tempore : Cum audisset Joannes in  
vinculis opera Christi, mittens duos de disci-  
pulis suis, ait illi : Tu es, qui venturus es, an ali-  
um exspectamus? Et respondens Jesus ait illis :  
Euntes renuntiate Joanni, quæ audistis, et vidis-  
tis. Cæci vident, claudi ambulant, leprosi mun-  
dantur, surdi audiunt, mortui resurgunt, paupe-  
res evangelizantur : et beatus est, qui non fuerit  
scandalizatus in me. Illis autem abeuntibus,

*At that time: when John had heard in prison the  
works of Christ, sending two of his disciples, he said  
to him: Art thou he that art to come, or do we look  
for another? And Jesus making answer, said to  
them: Go and relate to John what you have heard  
and seen. The blind see, the lame walk, the lepers are  
cleansed, the deaf hear, the dead rise again, the poor  
have the Gospel preached to them; and blessed is he  
that shall not be scandalized in me. And when they*

cœpit Jesus dicere ad turbas de Joanne : Quid existis in desertum videre? arundinem vento agitatam? Sed quid existis videre? hominem mollibus vestitum? Ecce qui mollibus vestiuntur, in domibus regum sunt. Sed quid existis videre? prophetam? Etiam dico vobis, et plus quam prophetam. Hic est enim de quo scriptum est : Ecce ego mitto Angelum meum ante faciem tuam, qui præparabit viam tuam ante te.

OFFERTORY: Ps. 84:7, 8, 2, 11, 12

Deus tu conversus vivificabis nos, et plebs tua lætabitur in te : ostende nobis, Domine, misericordiam tuam, \*et salutare tuum da nobis. V. Benedixisti, Domine, terram tuam : avertisti captivitatem Jacob : remisisti iniquitatem plebis tuæ. \*Et salutare. V. Misericordia et veritas obviaverunt sibi : veritas de terra orta est et justitia de cælo prospexit. \*Et salutare.

*went their way, Jesus began to say to the multitudes concerning John: What went you out into the desert to see? A reed shaken with the wind? But what went you out to see? A man clothed in soft garment? Behold they that are clothed in soft garments are in the houses of kings. But what went you out to see? A Prophet? Yea, I tell you, and more than a prophet. For this is he of whom it is written: Behold I send my Angel before thy face, who shall prepare thy way before thee.*

*O God, turning thou wilt bring us life; and thy people shall rejoice in thee : show us, O Lord, thy mercy, \*and grant us thy salvation. V Lord, thou hast blessed thy land : thou hast turned away the captivity of Jacob. \*And grant. V Mercy and truth have met each other : justice and peace have kissed. Truth is sprung out of the earth : and justice hath looked down from heaven. \*And grant.*

SECRET

Placare, quæsumus, Domine, humilitatis nostræ precibus, et hostiis : et ubi nulla suppetunt suffragia meritorum, tuis nobis succurre præsiidiis. Per Dominum.

*Be appeased, we beseech thee, O Lord, by the prayers and sacrifices of our lowliness : and since we cannot plead any merits of our own, help us with thy protection. Through our Lord.*

PREFACE

*For Advent*

Vere dignum et justum est, æquum et salutare, nos tibi semper, et ubique gratias agere : Domine sancte, Pater omnipotens, æterne Deus : per Christum Dominum nostrum. Per quem perditio hominum generi Salvatorem misericors et fidelis promisisti, cujus veritas instrueret inscios, sanctitas justificaret impios, virtus adjuvaret infirmos. Dum ergo prope est ut veniat quam missurus es, et dies affulget liberationis nostræ, in hac promissionum tuarum fide piis gaudiis exultamus. Et ideo cum Angelis et Archangelis, cum Thronis et Dominationibus, cumque omni militia cælestis exercitus, hymnum gloriæ tuæ canimus, sine fine dicentes :

*It is truly meet and just, right and salutary, that we should always, and in all places, give thanks to thee, O holy Lord, Father almighty, eternal God, through Christ our Lord. For in thy mercy and fidelity thou hast promised him as Saviour to the lost race of men, to instruct the ignorant with his truth, justify the wicked with his holiness, and help the weak by his power. Now that the time draweth nigh that he whom thou art to send should come, and the day of our liberation should dawn, with faith in thy promises, we rejoice with holy exultation. And therefore with the Angels and Archangels, with the Thrones and Dominions, and with all the hosts of the heavenly army, we sing an hymn to thy glory, evermore saying:*

*or: Of the Trinity*

Vere dignum et justum est, æquum et salutare, nos tibi semper, et ubique, gratias agere :

*It is truly meet and just, right and availing unto salvation, that we should at all times and in all*

Domine sancte, Pater omnipotens, æterne Deus. Qui cum Unigenito Filio tuo, et Spiritu Sancto, unus es Deus, unus es Dominus : non in unius singularitate personæ, sed in unius Trinitate substantiæ. Quod enim de tua gloria, revelante te, credimus, hoc de Filio tuo, hoc de Spiritu Sancto, sine differentia discretionis sentimus. Ut in confessione veræ sempiternæque Deitatis, et in personis proprietas, et in essentia unitas, et in maiestate adoretur æqualitas. Quam laudant Angeli, atque Archangeli, Cherubim quoque ac Seraphim : qui non cessant clamare quotidie, una voce dicentes :

*places give thanks unto thee, O holy Lord, Father almighty, everlasting God : who with thine only-begotten Son and the Holy Ghost art one God, one Lord; not in the oneness of a single person, but in the Trinité of one substance. For that which we believe from thy revelation concerning thy glory, that same we believe of thy Son, that same of the Holy Ghost, without difference or separation. So that in confessing the true and everlasting Godhead, we shall adore distinction in persons, oneness in being, and equality in majesty; which Angels and Archangels, the Cherubim too and the Seraphim do praise; day by day they cease not to cry out, saying, as with one voice:*

COMMUNION: *Baruch 5:5; 4:36*

Jerusalem surge, et sta in excelso : et vide iucunditatem, quæ veniet tibi a Deo tuo.

*Arise, O Jerusalem, and stand on high : and behold the joy that cometh to thee from thy God.*

POST-COMMUNION

Repleti cibo spiritualis alimonix, supplices te, Domine, deprecamur : ut hujus participatione mysterii, doceas nos terrena despiciere, et amare cælestia. Per Dominum.

*Replenished with the bread of spiritual nourishment, we humbly beseech thee, O Lord, that through our participation in this mystery thou wouldst teach us to despise the things of earth and to love those of heaven. Through our Lord.*